



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Sententia L. Granat. de peccato veniali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

SENTENTIA LVD. GRANATENSIS DE PECCATO VENIALI.

L. Granatensis inter orationis impedimenta numerat, parui facere peccata venialia, eò, quòd sicut encaustum firmiter hæere non potest æri, sed auro, sic præstantissimum encaustum deuotionis in Deum non possit hæere, nisi in corde admodum puro, limpido & immuni ab omni genere peccati.

Adhæc dicit, quemadmodum peccatum mortale est mors animæ, sic veniale esse infirmitatē, vel febrem quandam animæ. Vnde sicut homo non solum reformidat mortem, sed etiam minimum corporis malum, vt pruritus vel scabiem, sic deberet etiam reformidare lapsum peccati venialis. Addit peccatum mortale, esse quasi occidere auiculam, veniale verò rescindere, aut truncare ei alas, vt non possit amplius in altum volare, vt antè.

Deinde subiungit, quemadmodum mulier non ilico redditur peruersa, sed paulatim; sic per peccata venialia sensim gradum fieri ad mala maxima.

Præterea, sicut vestis non statim atteritur, sed paulatim, ac tandem destruitur; & sicut ædes non subito corruunt,

sed sensim, sic homo in vita spirituali
si peccatorum venialium rationem
habeat Ut verum sit quod vulgari pro-
uerbio dicitur, neglecto clauo amittit
ferrum, ferro neglecto equum, equo
neglecto perire equitem.

Deniq; ait, nullum peccatum esse
exile, quin contemptum magnum affe-
rat detrimentum. Neque aestimandum
esse exile, quod refertur ad tam sublimem
meum finem nempe amoris diuini. Vnde
de Dominus in Euangelio dicit. *Qui*

Luc. 11. minimo fidelis est. Et in maiori fidelis est.

*SIMILITVDINES AD HOC
propositum accommodata.*

QUAE AD MODVM bonus fi-
lius, beneuola coniunx, & fide-
seruus, cauent diligenter ne vel mi-
nime offendant patrem, maritum, Do-
minum, sic nos sedulo cauere debemus
ne vltio vel minimo lapsu offendamus
Dominum Deum, considerareq; non
peccati paruitatem, sed prohibitionem
Dei, qui magnus est, qui in die iudicij
vult sibi etiam de verbo otioso re-
sponsum rationem.

*S. GERTRVDIS DICTVM DE
peccato veniali.*

DOM